

rent. Uerum quia postmodum per quasdam alias litteras uobis et eisdem fratribus districtius duximus inhibendum. ne ante annum probationis elapsum qui est maxime in subsidium fragilitatis humane regulariter institutus, quemquam ad professionem uestrorum ordinum presumeretis recipere, seu ad renunciationem, seculi faciendam, nec constitutum in probatione nouitium aliquatenus impedire. quominus infra eundem annum probationis ad aliam religionem quam mallet, transiret sicut de sua procederet libera uoluntate. non obstantibus statuto contrario siquod a uobis esset editum, quod irritum decreuimus et inane, uel aliquibus litteris a sede apostolica impetratis, seu etiam impetrandi, que de premissis expressam non facerent mentionem et si forte contra huiusmodi nostram inhibitionem quemquam uos uel dicti fratres reciperetis, qui taliter receptus existeret nullatenus uestro esset nec eorundem fratrum ordini obligatus, uosque ac ipsi ac receptione quorumlibet ad professionem dictorum ordinum essetis ipso facto suspensi et insuper pene deberetis subici que fratribus ipsorum ordinum pro culpis infligi grauioribus consueuit. nos quod de obligatis ordinum predictorum fratrum in premissis nostris diximus litteris, ne ipsos recipere presumatis, statuendo, ut huiusmodi presumptores ipso facto sententiam excommunicationis incurvant. de illis tantum intelligi uolumus, quos post predictum annum probationis elapsum eorum esse constiterit ordini obligatos. Nulli ergo &c. nostre declarationis &c. Datum apud Ciuitatem Castellanam VIII Kal. Julij Pontificatus nostrj Anno Primo.

Blybullan hänger i röda och gula silkestrådar.

314:

1244 d. 24 Jun.

Saba.

NILS ULFSSONS i Oslo gäfvobref på Magdum i Vesulta socken till Munkarne i Saba kloster, uti hvilkas broderskap han blifvit intagen. A. 3. h. 2: 3.

St. Laurentii monasterio anno 1244. A. 3. h. 2: 3.

Nouerint vniuersi presentis inspectores tam posteri quam presentes quod Ego nicholaus vlfonis presbiter et canonicus in oslo de bonis mihi a deo collatis condo et offero Monasterio Saba et conuentui ibidem bona mea in Magdum in parochia vesulta cum agris pratis et siluis et omnibus pertinenciis perpetuo possidenda cum consensu vnici fratris mei dilecti laurencii vlfonis pro salute anime mee et progenitorum meorum qui ibi sunt humati et plurimi de mea cognacione quorum anime in christi pasce requiescant nunc et imperpetuum. In cuius testimonium. Sigillum meum. vna cum Sigillo predicti fratris mej laurencii vlfonis est appensum, datum in predicto Monasterio Saba, Jpso die nativitatis Sancti Johannis baptiste, quando ego cum predicto fratre meo accepi fraternitatem cum predictis fratribus Anno domini M°CC°XL° quarto die quo supra.

Sigillen: 1. bortfallet; men pergamentsremsan qvar; 2. oskadad.